

λέσμεατ & aut ενεργείας Θεανδρικῆς concurrentibus, ut divina natura utatur humana tanquam Organo, ac vicissim humana actio participet de virtute divina, ut salutaris esse queat.

96. TERTIVM Communicationis genus, μετὰ ποιῖα Patribus dictum, considerat axiomata atque dignitates planè divinas, quas ex unione hypostatica assumpta caro à λόγῳ sibi communicatas, cum nemine vel Sanctorum vel Angelorum communes obtinet.

97. Sunt dona isthæc non habitualia duntaxat, nempe qualitates finitæ & acquisiti virtutum vel cardinalium illarum vel Theologicarum habitus, animæ Christi subiectivè inherentes: quorum respectu Ihesus crevisse spiritu, profecisse sapientia & gratia apud DEVM & homines prædicatur Luc. 2, 53.

98. Sed sunt longè excellentiora, imò divina propriè, ipsa nimirum Essentialia Divinitatis τὸ λόγῳ Idiomata, de quibus Orthodoxæ Antiquitatis decantata est regula: Quicquid Filio Dei convenit per naturam; id convenit Filio hominis per gratiam.

99. Fundamentum huius Communicationis ea commonstrāt Scripturarum testimonia, quæ Majestatem divinam datam, traditam, donatam, subiectam, & communicatam Christo esse testantur. Dan. 7, 14. Matth. 28, 18. Ioh. 3, 35. Phil. 2, 9. &c.

S S Prohi-